

P. OVIDII NASONIS
TRISTIVM
 LIBER QVARTVS.

ELEGIA I.

ARGVMENTVM.

Excusandos esse dicit libellos suos, quos scribat in exilio miserrimo, non gloriae captandae, sed quietis petendae, & fallendi temporis dolorisque causa. Est igitur haec elegia quasi praefatio in hunc librum IV. conferenda cum el. 14. lib. III. & eleg. 7. lib. V.

SI qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis;
 Excusata suo ¹ tempore, lector, habe.
SExful eram; requiesque mihi, non fama
 petita est:

Mens ² intenta suis ne foret usque malis.
 Hoc est cur cantet vinctus quoque compede
³ fossor,

⁴ Indocili numero cum grave mollit opus:
⁵ Can.

1. ob conditionem meam miseram, in qua scribuntur.
2. semper de miseria mea cogitaret. **3.** in metalla damnatus, aut in latomias: aut in ergastulum datus, ut agrum fodiat. Lucan. VII, 402. — *vincto fossore coluntur Hesperiae segetes.* Conf. Pont. I, 6. 31. **4.** quum rudibus modis cantilenam canit, ut laboris gravitatem non adeo sentiat. Sic *sup.* III, 12. 8.

5. haec